



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Poemata Ferdinandi Episcopi Monasteriensis Et  
Paderbornensis, S. R. I. Principis, Comitis Pyrmontani,  
Liberi Baronis De Furstenberg**

**Ferdinand <Paderborn, Bischof, II.>**

**Parisiis, 1684**

De Sancti Petri Apostolorum Principis Martyrio. De Maria Regina Angliae ...  
Antithesis. In Rufum Poetam Malum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-7748**

DE SANCTI PETRI  
APOSTOLORUM PRINCIPIS MARTYRIO.

CUR, capite inverso, plantas ad sidera tollit  
Affixus domina Petrus in Urbe cruci?  
Ut caput in terris summum, sub Principe Christo,  
Seque piis certum monstret ad astra ducem.

DE  
MARIA REGINA ANGLIÆ  
*vindicata à calumniis Georgii Buchanani Scoti.*

SUM Marie, male grata patri, male grata marito,  
Cœlo invisa, meæ pestis atrox patriæ.  
Nulla aberat labes: nisi quod fuit addita custos  
Fida pudicitiæ forma maligna meæ.

A N T I T H E S I S.

SUM Marie, male spreta patri, bene cara marito,  
Cœlo accepta, meæ certa salus patriæ.  
Nullæ aberant laudes: nisi quod natura negavit  
Progeniem regnis non satis æqua meis.

I N R U F U M P O E T A M M A L U M.

NOLO, Rufe, tuos, ne deditnare, libellos  
In cœlum falsis tollere carminibus.  
Carmina tu nunquam laudas aliena; quid ergo  
Laudari quæris carmina, Rufe, tua?

I N